



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Ingolstadianum Collegium quomodo susceptum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

ueniebantur nisi ab Erasmo Roterodamo con-  
 uersa, ex editione probata optimis characteribus  
 Th item excudenda curauit. Precationes selectas ad-  
 iecit, vt quasdam excluderet per vulgum sparsas,  
 que nullū Catholicę pietatis saporem habebant.  
 Alios demum libellos proximis annis haud in-  
 corrupta fide editos recognouit. Rem Collegij  
 potius vt pōtuit, quam vt volebat, transegit. Mul-  
 tas enim condiciones requirebāt Consiliarij Prin-  
 cipis, in quas durum erat cōsentire & obnoxiam  
 facere disciplinam. Quare omnia ita recepit, vt  
 integra vellet beati Ignatij arbitrio reseruari. Et  
 Ignatius cum edocuisset Albertum, quid ratio-  
 nes condendorum Collegiorum ferrent Consti-  
 tutionum de ea re misso capite, maluit de cetero  
 rem totam consilio eius, pietatique permittere  
 liberali fiducia, quam in conciliandis pactis odi-  
 osius altercari. Quę grata fuit Principi bonitas:  
 eiusq; ac posteriorum benignitas omnia, q̄ expeti  
 possent, laxiora fecit. Et quidem diuinare visus est  
 Albertus Collegij eius incrementa. Cum enim  
 ad Ignatium scripsisset sacrosanctę religionis af-  
 flictissimum statum, & populorum suorum mi-  
 serime errantium salutem exigere, & efflagitare

Ingolstadi-  
 num Colle-  
 gium quomo-  
 do susceptum

non solum Doctores in gymnasiis, sed etiam C  
 cionatores ad populum, hæc adiungit, Accelen  
 te igitur pro vestris officio, votoque oues perdis  
 quærere, & ad gregem dominicum reducere  
 perarios bonos ( qui præsentis seculo paucissimi  
 sunt, & ubiq; locorum desiderantur) educare,  
 que in messem tam copiosam mittere. Ad h  
 sanctum Deoque gratissimum opus vos pro n  
 stris viribus re, & opera benignissimè fouebim  
 & tuebimur. Ac breui futurum speramus, vt h  
 vestrum apud nos Collegium ( si iam bona pr  
 cipia iaciantur) in immensum crescat, augeat  
 splendideq; à multis adhuc bonis viris dotetur

1556.

*Rediit Vien  
nam.*

Inter hæc Ferdinandus vrgebat vt Canisij  
 Viennam primo quoq; tempore se referret. Inhi  
 bat enim conuentus Imperij Ratisbonæ, & age  
 dum de religione opinio erat. Qua de causa Vien  
 nensi Academiæ mandauerat Rex, vt quasdam  
 propositiones vtilis ad eam rem colligeret. Igitur,  
 cum & Canisij vellet manum accedere, is n  
 nulla obiter bonæ frugis semente Augustæ quo  
 que Vindelicorum facta, ipsis Februarij Kalendis  
 anni recentis Viennam peruenit. Per breuis fuit  
 mora Viennæ. Quanquam enim tempestas anni  
 fauif.